



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 1. De genere quodam loquendi quo in magni amoris significatione
veteres vtebantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

M. ANTONII MVRET
I. C. AC CIVIS R.
VARIARVM LECTIONVM
LIBER NONVS.

De genere quodam loquendi quo in migni amor
significatione veteres utebantur.

CAPVT I.



NTER omnia loquendi genera
quibus veteres mirificam quantam
v m amoris in aliquem sui exprime-
bant, illud mihi excellere videtur
quo significabant, cupere se, si
modo id fieri posset, annos
viuendum constitutos conferre ac contribuere
eo quem diligenter, ita vt quod ipsis superesset
eius pars aliqua ad illius vitam adderetur. Ita bla-
tur anui cuidam Tibullus:

Vive diu, inquit, mihi dulcis anus, proprios ego tuos

Sit modo fas, annos contribuisse velim.

Ita apud Plautum adolecens quidam amicum,
cum ei dixisset,

Cur tu obsecro immerito meo me morti dedere optas?
hoc ab eo responsum fert;

Ego te? quam si intelligam desicere vita, iam ipse

Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.

Atque hoc in consuetudine positum fuisse, ostendit
Seneca in libro De Breuitate vitæ, his verbis:

Dicere solent eis quos validissimè diligunt, paratam
se partem annorum suorum dare. Et ex illa consuetudine

tudine triumphantibus imperatoribus occinebatur,

De nostris annis tibi Iuppiter augeat annos.

quod relatum est à Tertulliano. Sed & sanctissimus, pariterque disertissimus scriptor Gregorius Nazianzenus ita locutus est in oratione *εις βασιλειον. Καὶ προσειπὼν τὴν ἑαυτῶν ζωῆς ἐκείνου ἐπέειπε οἴοντε λέγειν ἄν.*

Illustratus Horatii ex Odis locus.

CAPVT II.

CVM tanta esset apud veteres infamia eorum, qui abiecto clypeo fugerant, quosque contumelioso nomine, vt notum est, *πρῶτασιδος* vocabant, quid in mentem venisse dicemus elegantissimo poëtae Horatio, eam vt notam sibi ipse versibus suis, inurere voluerit? Nota enim sunt illa ex oda ad Pompeium Varum:

Tecum Philippos & celerem fugam

Sensi relicta non bene parmula:

Cum fracta virtus, & minaces

Turpe solum tetigere mento.

An id ei ingenium fuit, vt non in alios modò, sed in seipsum quoque, libenter dicta diceret, vinetaque, vt alibi ait, ipsemet cæderet sua? An in homine minimè militari, Mercuriali que potius quàm Martiali, neque ad arma, sed ad amores, & ad pocula, & ad liberos tractandos nato aperta illa & simplex timiditatis suæ professio iucunda potius quàm ignominiosa est? Nam quod eum quoque ipsum ad quem scribit, in eiusdem culpæ societatem vocat, videri potest fecisse Xenaneti Atheniensis exemplo, cuius est nobilis illa responsio ad ciues suos obiurgantes eum quod fugisset, *μεδ' ὑμῶν γὰρ φίλου κεραλαί.* Omnino

P 2

tamen

at. Muretti
ia. Lectiones
LIII
28